



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominic. XXI. post Pentecost.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

ius sum. Matth. 18. v. 33. Lex inimicorum dilectionem mandans est I. *Lex Humanitatis*, quia humanitati & naturæ est consentanea; per hanc enim homo diligit hominem sibi similem, ad cuius amorem naturaliter allicitur; meretur beatitudinem, ad quam naturaliter inclinatur; vitat miseriam, & damnationem, quam naturaliter averfatur. II. *Lex Veritatis*, quia intellectui, & rationi conveniens, utpote, quæ non passione, sed ratione agit; pretia rerum agnoscit; ratione discurrit. III. *Lex Æquitatis*, quia æquitati & iustitiæ conformis; Nam homo inimicum odio habens est injustus erga Proximum, erga Deum, erga Seipsum, *Vivien in Tertul. Prædic. Verò. Amor Inimic.*

THESIS II. *Misit eum in carcerem.* Matth. 18. v. 30. Christianus inimicorum dilectionem debet I. *Proximo*, si attendat eos esse Homines, Dei Imagines, Christianos. II. *Christo*, qui in illis attendendus est, ut Dominus in servis, ut Pater in filijs, ut Caput in membris. III. *Sibimet ipsi*; Per quam habemus peccatorum remissionem, *Filia-*

liationis Divinae adoptionem, aeternae felicitatis acquisitionem. *Id. ibid. Faber hic Conc. 1.*

THESIS III. *Oportuit & te misereri. Matth. 18. v. 33.* Inimicorum dilectio est I. *Virtutis Heroicae exercitatio*; quia gloriose triumphat, nam vincit diabolum, inimicum, seipsum. II. *Charitatis Dominicae imitatio*; à Christi Schola, & Dominicae Charitatis exemplo inimicis debemus cor, linguam, & manum: cor, ut eos diligamus, linguam, ut pro eis oremus, manum, ut eis beneficiamus. III. *Perfectionis Divinae Emulatio*, quia sic homo Deum imitatur, Deo assimilatur, Deus nuncupatur. *Id. ibid.*

THESIS IV. *Oportuit & te misereri. Matth. 18. v. 33.* I. *Nihil tam Generosum*, quam inimicis ignoscere; quia homo domat iram ex omnibus affectibus animi praepotentem, & obligat eum, qui hoc suo beneficio maxime indignus est. II. *Nihil magis Christianum*; quia venia inimicis data fortissima Fidei probatio est: *Diligite inimicos vestros &c. Reddentes bonum pro malo.* III. *Nihil magis Divinum*; quia

quia Misereri & Pareere proprium Deo
est. & quidem quarto modo.

THESIS V. *Ille autem noluit. Matth. Vindicta.*
18. v. 30. I. Vindicta est abjecti ani-
mi, si inimicus vilis & debilis: Magna-
nimo satis est prostrasse Leoni. II. Im-
prudens, si inimicus potens est, quia of-
fensum ad novam injuriam inferendam
excitat. III. Sacrilega, auferendo
Deo id, quod ad ipsum solum spectat:
Mibi vindicta, & ego retribuam. IV.
Injusta, quia sequendo imperum affe-
ctus sui, Justitiæ leges facile transgre-
ditur.

THESIS VI. *Et iratus Dominus Ira.*
Matth. 18. v. 33. An irascen-
dum? Quibus irascendum? Quando i-
rascendum? Quomodo irascendum?
Quousque irascendum? *Faber Dom. 5.*
post Pent. Conc. 4.

THESIS VII. *Homini Regi Matth. Superbia.*
18. v. 23. I. Reges debent esse Homi-
nes, id est, recordari, quod sint ejusdem
Naturæ cum subditis, eodem pretio à
Christo redempti, post mortem ejus-
dem conditionis, & judicium tubitu-
ri. II. Non homines Reges, id est,
deus

despotiè cum Subditis agentes, à natura hominum recedentes, & alios velut fungos contemnentes.

Dilectio Inimicorū. **THESIS VIII.** *Tenens suffocabat eum.* Dilectio Inimicorum si aditur exemplis totius Univerſi. 1. Exemplo Cœli. 2. Exemplo Elementorum. 3. Exemplo plantarum. 4. Exemplo beſtiarum. 5. Exemplo Ethnicorum. 6. Exemplo Hebræorum. 7. Exemplo Angelorum. 8. Exemplo Chriſti. 9. Exemplo Dei Patris. *Faber hic Conc. 2.*

Reconciliatio. **THESIS IX.** *Nonne oportuit te miſereri.* Matth. 18. v. 33. Ad Reconciliationem cum inimicis hortatur I. Motivum ipſius *Interreſſe* Commodi noſtri: quia de quiete noſtra agitur, & hæc ratio utique pro homine ratione prædico facta eſt. II. Motivum *Honoris* quia reputationis ſeu exiſtimationis noſtræ apud alios intereſt; quæ cauſa utique hominem generoſum moveat. III. Motivum *Religionis*, quia hinc Salus noſtra dependet, id quod utique hominem Chriſtianum inducat ad ignoſcendum. *To xier.*

THESIS X. *Et iratus Dominus e-* *ra.*
ius, Matth. 18. v. 33. Aristoteles
iracundos distinguit, tresque eorum
classes statuit l. 4. Ethic. c. 21. I. In
prima sunt *Acuti*; id est vivaces & prom-
pti. II. In secunda *Amari*; id est ob-
scuri & Melancholici. III. In tertia
Difficiles; id est violenti & pertinaces.
Lege 1. Reg. 24. v. 18. & 21.

THESIS XI. *Redde, quod debes.* *Reddenda*
Matth. 18. v. 28. Deo reddenda sunt *Deo.*
quatuor: I. In Vita *Corpus*. II. In
Morte *Anima*. III. In Judicio *Talen-*
ta. IV. In Inferno *Pœna*. Et quidem
in Vita *Corpus*, utpote opus suum, a-
deoque eo jure reddendum, ut figulo-
vas redditur, quod effinxit: In Morte
Anima, utpote Imago sua: In Judicio
Talenta, id est dona Naturæ & Gra-
tiæ, de quibus reddenda ratio: In In-
ferno *Pœna*, quam Deus exigit ut debi-
tum, & pender heu! peccator. *Lobbe-*
tus.

THESIS XII. *Omne debitum di-* *Pœnitenti-*
mihi tibi, quoniam rogasti me. Matth. *tia.*
18. v. 32. Ita nimirum, ad exem-
plum hujus Servi, pœnitentiam insti-
R tuere

natu-
s velut
ffocabat
ad tur
Exem-
nenio-
n. 4.
templo
ebra-
n. &
lo Dei
rtuit et
Ad
horra-
se leu
ate no-
o ho-
ft. II.
ationis
lios in-
em ge-
um Re-
depen-
briffia-
n. To
THE-

tuere oportet. I. Oportet se fateri debitorem. II. Oportet se humiliare coram Deo. III. Oportet veniam petere. IV. Oportet, interpositis Meritis Filij sui, orare, ut patientiam habeat pro reparando honore læso. V. Oportet promittere reparationem præteritorum. *Crasset Confid. hic, die Læne.*

*Impatien-
tia.*

THESIS XIII. *Patientiam habe.* Matth. 18. v. 29. I. Impatentia subinde palàm facit, quòd nullam habeamus *Spem.* II. Sæpe ostendit, quòd nullam habeamus *Charitatem.* III. Semper demonstrat, quòd nullam habeamus *Humilitatem.* *Diction. Apost.*

THESIS XIV. *Patientiam habe.* Matth. 18. v. 29. I. Impatentia *Dominorum* Bonitatem destruit, quam debent exhibere *Servis.* II. Impatentia *Servorum* Observantiam perimit, & Reverentiam, quam debent præstare *Dominis suis.* *Id.*

*Iustitia
Dei.*

THESIS XV. *Tradidit eam totoribus, quoadusque redderet univsum debitum.* Matth. 18. v. 34. In hoc Evangelio I. Apparet infinita *Dei Misericordia.*

sericordia in remissione universi debiti. II. Apparet Hominis summa Ingratitudo & inhumanitas nihil remittendo de Servi debito. III. Apparet suprema Dei Justitia in reperendo debito, prius dimisso, usque ad ultimum quadrantem. Durand. in Caractere Sanctor. part. 2.

THESIS XVI. Tradidit eum Tortoribus. *Panna.* Matth. 18. v. 34. I. Deus peccatorem subinde punit ut Pater, non cessando ab amore, etiam dum punit, & hoc plerumque fit in hac vita. II. Deus subinde punit ut Judex, volens, ut crimen expietur exigente justitiâ, & hoc fit in Purgatorio. III. Deus peccatorem punit ut Inimicus, vindictam sumendo de peccato, & peccatorem cruciando, & hoc fit in Inferno. Nequen in Reflexionib. Christian. 3. Novemb.

DOMINIC. XXII.
post PENTECOST.

THESIS I. Cujus est imago hac? Imago
Matth. 22. v. 20. I. Christiana-monstruosa.
R 2 nus

fateri
iliare
m pe
s Me
m ha
V.
præ
e Lu

habe
Cubin
amur
d nul
Sem
abea

habe
Domi
ebent
a Ser
z Re
Do

e tor
m de
oc E
Mi
se